e ¶ Per ſingulas. Ergo in francia et in Hiſpania. vnus eſt eñ imperator: vt. vij. q. j. ĩ apib⁹. quod concedo niſi probẽt ſe exẽptos ab imperatore: vt xxiij. queſtiõe. viij. §. ecce. vnde adhuc de capite ſuo dabunt tributum imperatori omes, cum non probent ſe exemptos ab imperatore: vt. ff. de cenſi. l. vlti. ſi enim dicunt ſe non ſubeſſe romano imperio, per conſequens dicunt ſe non habere aliquid proprij: vt ſupra diſtinctione. j. ius quiritũ. fateamur † ergo imperatorem eſſe dominum mundi: vt. ff. ad legẽ rho. deprecatio. Obſtat ‡ q; reges Hiſpanie cum non ſubeſſent imperio, regnum ab hoſtium faucibus eruerunt.

f ¶ Publicari. Hic eccleſia publicat bona laicorum: et quandoq; deponit laicos a dignitatibus. xxxij. queſtione. v. preceptum. in fine. Uel dic q; hic docet eccleſia quid fieri debeat. ſic. xxiij. queſtio. iij. de illicita. ⁊. v. queſtio. vlti. delatori.

† Arg. op. xc. iiij. diſt. ca. viij. in fi. de ...

† Iſtã gloſ. ſequũtur Cynus Bart. ⁊ Bal. ſa. li. et iaſ. ĩ. l. j. col. ij. C. de ſũ. tri.

‡ Adde h an reges frãcie ſubijciãtur iperio: glo. ĩ. c. j. in pñ. de pac. iur. fir. tenet q; ſic. Cõter tñ tenet contrariũ p text. ĩ. c. p venerabilẽ. ex q̃ fi. ſint le. Spe. in ti. d appell. §. nũc tractem⁹. in prin. Bar. ĩ. l. hoſtes. ĩ ij. col. ff. d capt. ⁊ Bal. ĩ d. c. j. de pac. iu. fir. reprobata ibi glo. ⁊ ẽt ibi põit and. de yſer. Itẽ pro hoc adde con. cor. in apoſti. ad Jaſo. ĩ. l. j. C. d ſũ. tri.

In ſynodo. ¶ Caſus. Hic dicitur ꝙ ſicut Adrianus conceſſit priuilegium Carolo, ita Leo papa in ſynodo Rome congregata cõceſſit idem priuilegium Ottoni primo regi Theutonicorũ et eius ſucceſſoribus, vt ipſe eligat ſibi ſucceſſorem, ⁊ ordinet Romanum pontificem, ⁊ epiſcopos et archiepiſcopos vt ab eo inueſtituram accipiant: niſi aliquorum inueſtituram conceſſerit romanis pontificibus vel archiepiſcopis: ⁊ q̇ contra venerit, decreuit excommunicationi ſubiacere: et niſi reſipiſceret, irreuocabiliter exulare: vel ſi laicus eſt, vltimo ſupplicio affici.

a ¶ Cõfirmam⁹. Argu. ꝙ idem poteſt dare et confirmare. xxiij. diſti. in nomine. ⁊ extra de electi. cum inter. Arg. contra extra de fide inſtru. cap. iter dilectos. † Dic ꝙ non poteſt eodẽ reſpectu, ſʒ diuerſis: vt in dicto cap. cum inter. et. ff. de iuriſdi. om. iudi. et q̄r. quãdoqꝫ etiam dicitur dare, id eſt datum oſtendere: vt. xxiij. q. v. §. hic notãdum. ff. de teſta. heredes. §. ſi quid.

b ¶ Primo. Non dicas primo regi, ſed primo Ottoni, id eſt ante quẽ nullus ali⁹ fuit. ſic extra de verborũ ſignifi. ioſeph. et. ff. de verborꝫ ſignifi. proximus.

c ¶ Succeſſorẽ. Hoc ſpeciale fuit contra id. viij. q. j. moyſes. ſic. vij. q. j. petiſti. Hic patet ꝙ maximam habet poteſtatem papa circa imperium. Sed dic ꝙ tantũ in Italia permittit ei facere ſucceſſorem.

d ¶ Ac per hoc. quaſi dicat: ex quo in romana eccleſia hoc ꝑmittitur, ergo ⁊ in minoribus. Et eſt argu. ꝙ idem iuris eſt in membris, q̃ð in capite: vt. xvj. q. ij. c. j. xij. q. ij. cognouimus. ⁊. q. j. precipimus. ⁊. j. qõ. iij. ſi quis epiſcopus. xxiiij. q. j. rogamus.

e ¶ Conceſſit. Videtur ergo ꝙ impator poſſit dare priuilegium libertatis: vt ex̃ de reſti. in integ. auditis.

f ¶ Sit patricius. Et ſic papa dat hic gladij poteſtatem: cuius tamen exercitium ipſe non habet. Joã. extra de elec. ſuffraganeis. B.

† Ibi diſtinguit̃ vtrũ eſſet ibi donatinũ vel ↄfirmatiuum. nam nõ p̄t donare ſi iaʒ donatũ erat vt i. hac decre. i. ſi. inſti. de don̄. circa finẽ. nec idẽ dare et ↄfirmare ſiľ et ſemel niſi oñdat̃ conceſſio ꝑncipalis ꝑmo ff. de iuriſ. om. iudi. l. ⁊ q̄r. Ar.

Papa dat gladij ptãtem.

Item Leo papa.

¶ Electio romani pontificis ad ius pertinet imperatoris.

In ſynodo congregata rome in eccľia ſcti Saluatoris ad exemplũ bti adriani apoſtolice ſedis antiſtitis, q̇ domino Carolo victorioſiſſimo regi Francorꝫ ac Longobardorꝫ patriciatus dignitatẽ ac ordinationem apľice ſedis, et inueſtiturã epiſcoporꝫ conceſſit: Ego quoqꝫ Leo ſeruus ſeruorꝫ dei ep̄us cũ toto clero ac romano ppľo cõſtituimus et cõfirmamus [a] ⁊ corroboramus, et per noſtrã apoſtolicã authoritatẽ concedimus atqꝫ largimur dño Ottoni primo [b] regi theutonicorũ eiuſqꝫ ſucceſſoribus huius regni Italie in perpetuum facultatem eligendi ſucceſſorem [c] atqꝫ ſumme ſedis apľice pontificẽ ordinãdi: ac ꝑ hoc [d] archiep̄os ſeu ep̄os, vt ipſi ab eo inueſtituram accipiant et cõſecrationẽ vñ debent: exceptis his quos impator pontificibus ⁊ archiep̄is cõceſſit [e]: ⁊ vt nemo deinceps cuiuſcũqꝫ dignitatis vel religionis, eligendi vel patricium vel põtificem ſumme ſedis apľice, aut quẽcunqꝫ ep̄m ordinandi habeat facultatem abſqꝫ conſenſu ipſius impatoris. q̃ð tamen fiat abſqꝫ omni pecunia: et vt ipſe ſit patrici⁹ [f] et rex. Quod ſi a clero et populo quis eligatur epiſcopus: niſi a ſupradicto rege laudetur et inueſtiatur, non conſecretur. Si quis contra hanc apoſtolicam [g] authoritatem aliquid molietur, hunc excommunicationi ſubiacere decernimus: ⁊ niſi reſipuerit, irreuocabili exilio [h] puniri, vel vltimis ſupplicijs affici [i].

Item Gregorius.

¶ Precepto principũ marimo remittitur quod abſqꝫ authoritate apoſtolica ordinat̃.

Salonitane ciuitatꝭ ep̄s me neſciente ac reſponſali meo ordinatus eſt: ⁊ facta eſt res que ſub nullis anterioribus pŕicipibus euenit. Quod ego audiẽs, ad eũdem preuaricatorem qui inordinate ordinatus eſt, ꝓtinus miſi, vt oĩno miſſarum ſolennia celebrare nullo mõ preſumeret, niſi pri⁹ a ſereniſſimis dominis cognoſcerem ſi hoc fieri ipſi iuſſiſſent [k]: q̃ð ei ſub excõmunicationis [l] interpoſitione mãdaui: q̇ contempto me atqꝫ deſpecto, in audacia quorũdam ſecularium hoĩm (quibus denudata ſua eccleſia, premia multa prebere dicit̃) nũc vſqꝫ miſſas facere p̄ſumit, atqꝫ ad me venire ſ̄m iuſſionem dominorꝫ

g ¶ Apoſtolicam. Sed nunquid papa poſſet ei poteſtatem dare vt deponeret ipſum? ſic, in hereſi: ⁊ de conſenſu cardinalium: immo in omnibus ſe poteſt ſubijcere ei: vt. ij. q. vij. nos ſi.

h ¶ Exilio. Not. eccleſiam poſſe aliquem mittere in exilium: vt. iij. qõ. iiij. hi qui.

i ¶ Affici. Cum hec priuilegia fuerint oĩbus ſucceſſoribus data, quare non vtũtur eis? Rñ. q̇a imperatores eis renunciauerunt: vt. j. ea. tibi. Item quia per abuſum ea perdiderunt: vt. j. ea. §. veruʒ. Item q̇r ex cauſa fuerunt eis conceſſa. vnde ceſſante cã ipſa ceſſauerunt: vt. j. q. vij. quod ꝓ remedio. Nec ob. quod hic dicitur de ſucceſſoribus: quia hoc intelligendum eſt de illis ſucceſſoribus qui hoc impetrare poſſint: vt xxiij. di. in noĩe.

Salonitane. ¶ Caſ⁹. Maximus dicebatur i quatuor deliquiſſe. Primo q̇a per ſimoniam archiepiſcopatum Salonitane ciuitatis acquiſierat. Secundo q̇r ordinat⁹ fuerat papa irrequiſito, vel eius reſponſali. Tertio q̇a contra excommunicationem a papa latam ſub conditione ſi diuina celebraret, eo ꝙ ſic fuerat ordinat⁹, miſſas cantare p̄ſumpſit audacia quorũdam ſecularium, quibus multa premia ſua eccleſia ſpoliata dare dicebatur. Quarto ꝙ fornicationis vitio laborabat. Sed ad preces principum Conſtantinopolitane ciuitatis, ratam habuit eius ordinationeʒ. Alia vero mala illius indiſcuſſa relinquere noluit: ideoqꝫ precepit ſibi vt romam venire non differat: et ſi non venerit, diſtrictione canonica ferietur.

k ¶ Juſſiſſent. Argu. ꝙ authoritas maioris excuſat: vt. xiij. q. v. dixit. xxviij. diſt. diaconi. xxiij. q. v. miles. Argu. ↄtra. xij. q. ij. quicunqꝫ. et. xvj. q. j. in canonibus. Joã. Solu. in malo nulli eſt obediendum: nec aliquis excuſatur: vt. xj. q. iij. ſi dominus. B.

l ¶ Sub excõmunicationis. Ex hoc videt̃ ꝙ per talia lo.

verba fiat excommunicatio cum ſic dicitur, precipio tibi hoc ſub pena excōmunicationis. Et eſt arg. ad idem extra de eo qui ot.fur.rece.c.j. Argu. contra extra de iure patr.relatuʒ.in fi. ꝛ de ſagittarijs.ca.vno. vbi de hoc h. dicit ꝙ ſi talis prohibitio fiat a canone, non fit excommunicatio per illa verba: vt.xxx.diſ.per totum. ſecus ſi ab homine: ‡ quia canon mitius agit ꝗ̄ hō: vt.xxvj.q.vij. alligāt.et.ff.de arbi.celſus. Alij dicūt ꝙ refert an deſiniendo illa verba proferātur: vt tūc per ea fiat excommunicatio. an conſtituēdo ius: et tūc non fiat excommunicatio per illa verba. Sed hec veritas eſt, ꝙ illa verba non habent vim ſententie, ſed tantum comminatio=nis: vt.C.cōmina. epiſtolas.per totū. Hoc autem ſciasꝙ ſub conditione poteſt quis excōmunicari et taliter hic intelligo latā ſentētiam. vnde exiſtente conditione ligat excommunicatio, ꝛ non prius: et tamē a tali excommunicatione poteſt appellari: licet h. contrarium ſcripſerit: vt extra de pa. preterea.ij.et hoc ideo quia excommunicatio tunc non trahit ſecum ſuam executionem: quia non cedit nec venit dies ante exiſtentem conditionem: vt.ff.de verbo.ſig.cedere. Sed quid ſi excommunicans moritur priuſꝗ̄ exiſtat conditio? tunc dico excōmunicatum quando extat conditio: et ita aliquis excōmunicatur a mortuo. ‡ Utrum autē conditione exiſtente intelligatur retro fuiſſe excommunicatus, per id quod legitur.ff. qui po.in pigno.ha.l. potior.ff.de manumiſ.teſta.neratius. Uel tantum a tēpore conditionis extantis, per id quod eſt.ff.de edili.edic.bouem.§.ſi ſub conditione. diſputationi relinquo. Joan. Ego credo ꝙ a die exiſtentis conditionis, per decre.illam, preterea extra de ap. B.

a ❡ Obediens. hoc dicit ex humilitate, quia ei precipere non poterant. h.

b ❡ Relaxaui. No. epm remittere poſſe que ad ipſum ſpectant, nō que ad deum: † arg.xxiij.q.iiij.ſi is qui prelatus. Sed nonne que fiunt in perſonā epi vel alterius prelati, fiūt in contēptum eccleſie, ꝛ ideo in deum? vtiqꝫ: ſed principaliter in prelatum. ꝫ.diſt.xlv. ꝛ qui emendat. et.xxiij.q.iiij.inter.

c ❡ Ac ſi me. Arg. ꝙ ratihabitio ſequens facit aliquid legitimum qđ ab initio factum fuit illegitime. ex̄ de iure patro, cura.xviij.q.ij.de monachis.ix.q.ij.lugdun.

d ❡ Cognoui.per auditū: vt.ij.q.v.ꝗ̄ſto.xxij.qō.v. hoc videtur.non tanꝗ̄ iudex.ij.q.j.§.quando.

Cum longe. ❡ Caſus. Cōſuetudo erat in hiſpania ꝙ quotiens moriebatur epiſcopus, omnes epiſcopi comprouinciales congregabantur, vt regi de obitu preſulis ſignificarent. Sed qꝛ quādoqꝫ nunciorū impediebatur celeritas ita ꝙ ſine magno incommodo electio principis nō valebat expectari: et ſi recederent, oportebat eos iterū conuenire ad conſecrationem electi et ſic eis difficultas maxima incumbebat: ſimiliter ꝛ regi imminebat difficultas, cū alijs negotijs impeditus non poſſet tam cito conſulto epiſcoporum reſpondere: quod conſultū numeroſa neceſſitas expectabat: iō placuit omnibus epis hiſpanie, vt archiepis toletanus haberet poteſtatē cōfirmādi ꝛ ordinandi in quibuſlibet ꝓuincijs epos: quos regalis ptās eligat ſaluo priuilegio cuiuſlibet prouincie: ita tamen vt quicūꝗ̄ fuerit ordinat⁹, poſt ſuam ordinationeꝫ infra ſpatiū trium menſium proprio archiepō ſe preſentet.

noluit. Ego autē preceptioni pietatis † eoꝝ obediēs [a], eidē Maximo q̄ me neſciente ordinat⁹ eſt: hoc ꝙ in ordinatione ſua me, vel ſponſalē meū ꝑtermittere ꝑſumpſit: ita ex corde relaxaui [b], acſi me [c] authore fuerit ordinatus: alia vero illius peruerſa, ſcilicꝫ mala corporalia que cognoui [d], vel quia cum pecunia eſt elect⁹, vel ꝙ excōmunicatus miſſas facere preſumpſit: ꝓpter deum irreq̄ſita preterire nō poſſum: ꝛ ſi ad me venire diu diſtulerit, exercere in eo diſtrictionem canonicam nullo modo ceſſabo.

Item ex concilio Toletano.

❡ In electione epoꝝ, principis deſideratur aſſenſus.

Cum longe lateqꝫ diffuſo tractu terrarū ꝯmeātiū impedit celeritas nunciorꝫ quo aut nequeat regibus audientibus decedentis preſulis trāſitus notificari, aut de ſucceſſore moriētis epiſcopi libera principis electio expectari: naſcitur ſepe aut noſtro ordini de relatione talium difficultas aut regie poteſtati [e] dum cōſultū veſtrū ſubrogādis pōtificibus ſuſtinet, numeroſa neceſſitas. Unde placuit oib⁹ pontificib⁹ Hiſpanie atqꝫ Gallicie [f], vt ſaluo priuilegio [g] vniuſcuiuſqꝫ ꝓuincie, licitum maneat [h] deinceps Toletano pontifici quoſcūqꝫ regalis poteſtas elegerit, et iam dicti Toletani epi iudiciū dignos eſſe probauerit, in quibuſlibet prouincijs, et in precedentiū ſedibus preficere preſules, et decedētibus epiſcopis [i] eligere ſucceſſores, ita tamen vt quiſquis ille fuerit ordinatus, poſt ordinationis ſue tempus infra [k] trium menſium ſpatium metropolitani proprij preſentiam viſur⁹ accedat. Electiones quoqꝫ ſummorum pontificium atqꝫ aliorum infra preſulum quondam imperatoribus repreſentabantur: ſicut de electione beati Ambroſij et beati Gre-

e ❡ Poteſtati. Nihil tamen hic regi ſubtrahitur: quia ſicut prius eligebat, ita et modo poſt priuilegiū toletano epiſcopo conceſſum. B.

f ❡ Atqꝫ gallicie. connumerat hic galliciā hiſpanie, cū tn̄ ſit pars ei⁹: ꝛ ita pars ꝯnumerat̄ ſuo toti. ſic.j.e.ego et. C.de excu.tuto.exactores. vbi dr̄, onerib⁹ ꝛ tutelis.

g ❡ Priuilegio.i.iure.ſic.ix.q.iij.ſaluo. ‡ ff.q̄.mo.pi. vl̄ hyp.ſol.ſi debitor.§.j.poti⁹ ergo on⁹ ꝗ̄ ius primatie cōceſſum fuit huic toletano epō. cū em̄ rex eligeret olim de cōſilio oim epoꝝum, hoc cōſiliū conceditur ei hic.

h ❡ Maneat. Arg. ꝓpter loci ꝛ tēporis difficultatē electionē fieri a quo non debeat: ſic extra de iu.pat.ſi vero. et.xxiiij.q.j.pudenda.xciij.diſt.iuxta.

i ❡ Epiſcopis eligere, id eſt a rege electos conſecrare et confirmare.

k ❡ Infra.j.diſt.xciij.iuxta.ex̄ de iure pa.ſi vero.j.lxv.di.ſi quis contra. ſed non eſt contra. ‡

❡ Electiones ❡ Caſus. Iſte §. reſpicit ꝑmū ca. cuꝫ longe. Non ſolum in hiſpania eligebant̄ epi per reges, ſed etiā electiones ſummorū pontificū et epoꝝ quondaꝫ imperatoribus repreſentabantur: ſicut factū eſt de Ambro. et Greg. Unde apparet laicos ab electione non eſſe excludendos. hāc vero contrarietatē ſoluit gratianus, ſm Jo

Excōicano an feraꝫ ꝑ hec verba ꝑapio ſub pēa excōica tionis. ‡ Alias pietatiſ cā coꝝ. ‡ Quia nunc eſt ligat⁹: ꝛ pdic.ꝛ extrā ap. ꝑterea, et de eo q̄ furt. ot.rec. ca.j.ſm Lau. q̄ hic ſeqt hāc ſententiam hug. Excōicari pōt qs ſub ꝯditiōe. Excōicat̄ q̄s a mortuo. ‡ Ar.ꝫ xxvij.q.j.c.ij.in prin. ‡ Adde ad hāc gl.tex.i l.ſi qs i hoc.cuꝫ ſua au= ten.C. de ſanc. epiſ.et no.i ca. graue. de excel. pla. ca. cū illorū.ꝗ̄ſe. epō.

† Et ſic no.ꝙ cōſentit aliqs ſaluo iure ſuo. ‡ Sub. imo poti⁹ ꝯcordat: cuꝫ hic dr̄ infra triū menſiū ꝛc.i.du⁹ ob⁹mē= ſib⁹ iple tis.qđ idez eſt

dicens q laici non debent vocari ad electionē faciendam ſed ad prebenduz electioni conſenſum. Nā clericorū eſt eligere, et populi conſentire: ſicut ſupra in capitulo noſſe. in fi. Et q laici vocentur ad electionem non vt eligant, ſed vt conſentiant electioni, probat per duo ſequentia capitula.

k ¶ Legibus. xxiij. queſtio. vij. ca. j. et. ij. τ diſtinc. viij. quo iure.

Q Uia. ¶ Caſus. Romana eccleſia ſepe patiebatur moleſtiam in obitu pape, τ in electione ſucceſſoris quia nūcij imperatoris defuerant: ideo ſtatuit Stephanus q electio pape non fieret niſi p̄ſente populo, et ſenatu, et imperatore, vel eius legatis vt ſcandala remoueantur, τ eis preſentibus conſecretur: et nullus audeat extorquere iuramenta vel ꝓmiſſiones niſi que fuerint de antiqua cōſuetudine.

go.[a] legitur. Quib⁹ exēplis et premiſſis authoritatibus liquido colligitur laicos non excludēdos ab electione, neq principes eſſe reijciēdos ab ordinatione eccleſiaruz. Sz q populus aut princeps iubet electioni intereſſe, nō precipit aduocari ad electionem faciēdā: ſed ad cōſenſum electioni adhibēdū. Sacerdotuz em̄ (vt in fine ſuperioris capl'i Stephani[b] pape legitur) eſt electio, τ fidelis populi eſt humiliter cōſentire. Deſideriuz ergo plebis reqrit vt clericoꝝ electioni cōcordet. Tūc em̄ in eccleſia dei rite pficiet antiſtes, cū populus pariter in eū acclamauerit quē clerus cōmuni voto elegerit. Unde Celeſtinus papa ait.

¶ Plebis non eſt eligere, ſed electioni conſentire.

Cleri plebiſq conſenſ⁹ τ deſideriū requiratur. Ite Leo prim⁹. ¶ De eodē.

Uota[c] ciuiū[d], teſtimonia populorū, honoratorū[e] arbitrium[f], electio clericorū in ordinationibus[g] ſacerdotū conſtituant. τ. j. Per pacem τ quietē ſacerdotes q̄ futuri ſunt poſtulent: teneat ſubſcriptio clericorū; honoratorū teſtimoniū: ordinis[h] ꝯuent⁹ et plebis[i]. Principib⁹ vero atq imperatorib⁹ electiones romanorū pōtificū atq aliorū epōrū referēdas, vſus τ cōſtitutio tradidit ꝓ ſchiſmaticorū atq hereticorū diſſenſionib⁹: qbus nōnunq̄ eccl'ia dei ꝯcuſſa piclitabat: ꝯtra quos legib⁹[k] fideliſſimorū imperatorū frequenter eccl'ia munita legit. ¶ Repreſentabat ergo electio clericorū principibus, vt eorū authoritate roborata, null⁹ hereticorū vel ſchiſmaticorū auderet cōtraire, τ vt ipſi principes tanq̄[l] deuotiſſimi filij in eū cōſentirēt, quē ſibi in patrē eligi viderēt: vt ei in oīb⁹ ſuffragatores exiſterēt: ſicut Ualentinian⁹ btō Ambro. ſupra legit dixiſſe: Noli timere: qr de⁹ qui te eligit, ſemp te adiuuabit. et ego adiutor et defenſor tu⁹ (vt meū ordinē decet) ſemper exiſtam. Unde Stephanus papa ſtatuit dicens.

¶ Preſentibus legatis imperatoris ordinetur pontifex romanus.

Quia ſancta romana eccleſia (cui deo authore preſidem⁹) a plurib⁹ patit violētias pontifice obeunte, q̄ ob hoc inferuntur, quia abſq imperiali notitia pōtificis fit electio et conſecratio, nec canonico ritu τ ꝯſuetudine ab imperatore directi ſunt nūcij q̄ vetent ſcādala fieri: volum⁹ vt cū inſtituēdus eſt pōtifex, cōuenientibus epis τ vniuerſo clero eligat preſente[l] ſenatu et populo q̄ ordinādus eſt: et ſic ab oībus electus, preſentib⁹ legatis imperialib⁹ ꝯſecret: nullusq ſine periculo ſui iuramēta[m] vel ꝓmiſſiones aliquas noua adinuētione audeat extorquere niſi q̄ antiq̄ exigit cōſuetudo[n]: ne vel eccl'ia ſcandalizet, τ imperialis magnificētia minuat.

a ¶ Et beati Grego. non in hoc volumine, niſi arg. ſ. ea. agatho.
b ¶ Stephani. ſ. ea. diſt. noſſe.
c ¶ Uota. i. conuenientia τ conſenſus: vt. ſ. diſtin. xxiij. epis.
d ¶ Ciuium. non ruſticorum ex ciuitatem cōſiſtentiū.
e ¶ Honoratorū. ſcz maiorum de populo τ clero. ſ. ea. adrianus. in fi.
f ¶ Arbitriuz. ſ. di. xxiij. c. j. xxiij. di. cap. nullus.
g ¶ In ordinationib⁹. i. electionib⁹.
h ¶ Ordinis conuentus. qr dicitur ordo cerdonū: pelliparioꝝ: vel alterius corporis.
i ¶ Et plebis. nomine plebis cēſentur illi qui nō ſunt collecti ad aliquod corp⁹ † faciendū: de quo corpore habes. ff. quod cuiuſq vniuer. l. j. et eſt ad hoc bonum ſimile. C. de epiſ. au. l. iubemus.

Plebis noie q̄ cēſent. † De hoc le. τ no. ex̄ ꝺ excef. p̄la. dilecta. et p inno. ex̄ ꝺ of. ordi. cū ab eccleſiarum Archi.

¶ Principibus. ¶ Hec eſt. iij. pars hui⁹ diſtinc. in qua reddit rationē quare vocabātur principes ad electiōes. Archi.

iij. ps. ¶ Caſus. Hic duplex ratio reddit quare quondā regibus τ imperatorib⁹ electiones repreſentabātur: ſcilicet vt nullus hereticorum et ſchiſmaticorum electioni contrauenirent ꝓ quibus ſepe eccleſia periclitabatur: et vt ipſi principes tanq̄ filij deuotiſſimi conſentirent in electum quem ſibi viderent in patrē eligi: ſicut de Ambro. fecit valentinianus. Et q principes intereſſent propter hereticos τ ſchiſmaticos, probat per ſequens capitulum.

l ¶ Preſēte. j. lxix. diſt. nullus.
m ¶ Iuramenta. videt ergo q ante electionem non ſit preſtandum iuramentuz de indemnitate eccleſie: vt. viij. q. iij. artald⁹. τ ſic. ſ. xxviij. diſt. de ſyracuſane. preſume ret em̄ hec ideo facere vt eligeretur. Dicūt tamen quidam q ſi eſt cōſuetudo q preſtetur, preſtari poteſt: et ſic intelligūt qd̄ dicit hic in fin. Quid † tamen iuris ſit de hoc, habes. viij. q. iij. in ſumma.
n ¶ Cōſuetudo. Io. B. Per hoc videt q in et ſpiritualibus ſeruāda ſit conſuetudo i recipiēdis muneribus † vt. ſ. ea. agatho. τ in authē. de ſan. epiſco. §. iij. col. ix. τ. j. q. iij. quedā ſitum. τ. ix. q. iij. cō queſtus. τ ex̄ de ſi. mo. ad aplicā. Arg. ꝯtra extra de ſi. mo. cum in eccleſie. et ca. ſicut. Ad hoc dicunt quidā q licitum eſt aliqd petere in ſpūalib⁹ ad idē ſed non pro ſpiritualib⁹: vt non pe tat ꝓ conſecratione, ſed ꝓ conſuetudine. Uel dic q ſi cōſuetudo illa pietatem cōtinet, nō poteſt peti: tamē ſuperior cogere poteſt vt ſeruet talis cōſuetudo: vt dicit illa cōſtitutio, ad apoſtolicā. h. tamen dicit q iſtud referat ad legatos imperatoris: vt non aliud romana eccleſia petat ab eis, q̄ ip. Archi.

Iura eiſdem dēn te ecc ſic ca te ele ctione. Quia hoc ſerui ponit ex̄ de i mo. tu am ac fact al hoc q cōſue do fac ex̄ de nonde ſi licitū al ob dē ſ ſet de ctum. xxij. q. iij. obp ciūtur. ad idē habes ar. opi ex̄ de
ij. ꝑc. xiij. a ij. ps. raip. ppt.

ſi ſoliti ſunt facere, ſcilƺ vt papa non cogat eos aliud iuramentum facere pape ꝙ̄ iuramentū fidelitatis qđ imperator conſueuit preſtare: vt. ꝟ. ea. tibi. et hoc indicat illud verbum minuatur.

¶ Uerum. ¶ Hec eſt. iiij. pars huius diſtinc. in qua dicitur quare principes poſtea fuerūt prohibiti, ſcƺ quia impedimentū preſtabant: ⁊ quia ipſi renunciauerūt. Jo. de fan.

iiij. ps.

¶ Caſus. Dictum eſt ſupra i. c. quia. ꝙ cōſtitutio facta fuit quondā ꝙ imperatores deberēt intereſſe electioni pape ⁊ epoꝝ: vt. ꝟ. patet in multis ca. Nūc ꝟo dicit Gra. ꝙ poſtea ſtatutum fuit contrariū propter tres rationes. Prima ratio eſt, quia imperatores abutebant̄ priuilegio ſuo: quia non ſolū conſentire volebant, ſed etiā electionibus ſe ingerebant. Secunda ratio fuit quia i heresim labebantur: et ſepe eccleſiā impugnabant. Et ꝙ apoſtolici potuerunt in cōtrarium ſtatuere ⁊ deſtruere conſtitutiones quas anteceſſores fecerant pro bono probat exēplo ezechie, qui ſerpētem eneum quem fecerat moyſes pro liberatione populi, deſtruxit cum populus illū coleret ſicut deuƺ. Tertia ratio eſt quia imperatores ſuis priuilegijs renunciauerunt: et poſtea electiones apoſtolicoꝝ celebrate ſunt preſentibus et inconſultis legatis imperatoris. qđ probat ſequēs ca.

iiij. re. priui. a. ij. Par. ralip. xxxi.

Uerū quia imperatores quandoqƺ modum ſuū ignorantes: nō in numero cōſentiētiū, ſed primi diſtribuentiū, immo exterminantiū eſſe voluerūt: frequēter etiā in hereticoꝝ perfidiam prolapſi, catholice matris vnitatē eccleſie impugnare conati ſunt: ideo ſanctorum patrum ſtatuta aduerſus eos prodierunt vt ſemet electioni non insererent: ⁊ quiſquis eorum ſuffragio eccleſiā obtineret, anathematis vinculo innodaretur: ſicut ſcriptura quoqƺ diuina dicit ꝙ Ezechias diſſipauit excelſa[a], et contriuit ſtatuas, et ſuccidit lucos, et fregit ſerpētem eneū quem fecit moyſes. videlicet quia illū ſerpētem deus fieri iuſſerat ne ſerpentina morte populus interiret, ideo[b] ipſe popul9 colere et venerari eū ceperat: et idcirco deſtruxit[c] iſte qđ iubente deo fecerat ille: ac per hoc magna authoritas iſta eſt habēda in eccleſia, vt ſi nōnulli ex predeceſſorib9 ⁊ maiorib9 noſtris fecerunt aliqua q̄ illo tēpore potuerūt eſſe ſine culpa ⁊ poſtea vertunt̄ in errorē et ſuperſtitionē: ſine tarditate aliqua ⁊ cuƺ magna authoritate a poſteris deſtruant̄[d]. ¶ Poſtremo p̄ſētib9 legatis īperatorū, ⁊ incōſultis, electiōes romanoꝝ pōtificū legunt̄ celebrate: ⁊ tādē ijdē īperatores religioſo mētis affectu prefatis priuilegijs renūciauerūt: multa īſup donaria eccleſie dei conferentes.

Unde Grego. iiij. ſcribit.

¶ Inconſultis legatis imperatoris, adrianus ad pontificatum eligitur.

Cum adrian9. ij. ad romanū pōtificatum ab eccleſia dei genitricis dn̄e nr̄e que dicit̄ ad p̄ſepe, traheret̄[e] ad lateranenſe p̄triarchiū: certatim a populo ⁊ clero et p̄ceribus deportat9 eſt: qđ audiētes miſſi Lodouici imperatoris moleſte tulerūt, ⁊ indignati ſunt ꝙ dū preſentes eſſent, nō fuerunt inuitati, nec optate a ſe futuri preſulis electioni intereſſe meruerunt: qui accepta ratione ꝙ nō cauſa contēptus auguſti, ſed futuri t̄pis[f] proſpectu hoc cōmiſſum fuerat, † ne videlicet legatos pricipū in electiōe romanoꝝ preſulū expectādi mos p̄ hm̄ōi fomitē inoleſceret: oēm indignationē medullit9 ſedauerunt: ⁊ ad ſalutandū[g] electū etiā ipſi humiliter acceſſerunt.

Item pactū cōſtitutionis imperatoris primi Lodouici cū romanis pontificibus.

¶ Electio rōanoꝝ pōtificū a Lodouico cōcedit̄ romanis.

¶ Caſus. Cum Adrianus. Adrianus ſecūdus ab eccleſia ſancte Marie maioris deportat9 eſt a clero et populo ⁊ proceribus certatim ad patriarchium lateranēſe. qđ audiētes nūcij Lodouici imperatoris moleſte tulert ꝙ cū preſentes eſſent, vocati nō fuerunt: qui audientes ꝙ non fuit factum in cōtēptum eoꝝ, ſed ad cautelam futuri temporis, omnē indignationeƺ medullitus ſedauerunt: et acceſſerunt humiliter ad ſalutanduƺ electum.

a ¶ Excelſa. i. templa idolorum in excelſis poſita.

b ¶ Ideo. quia iuſſu dn̄i factus erat: ⁊ quia eum reſpicientes liberabantur.

c ¶ Deſtruxit. Hic ezechias cōmēdatur ex deſtructione imaginis que erat occaſio ſuperſtitionis. quare ergo maſſilienſis epiſcopus condemnatur qui deſtruxit imagines in quibus populus idolatriam committebat: vt de conſecra. diſt. iij. perlatū? Dic ꝙ ſerpens iſte fuit temporalis ad ſanandum vulnera. vnde ceſſante cauſa ceſſare debuit effectus. ſed cauſa imaginum perpetua eſt: vt habeatur in eis memoria dei.

d ¶ Deſtruantur. Arg. ſucceſſores debere mutare facta et inſtituta predeceſſorum etiam bona, ſi viderint eſſe ea pernicioſa exemplo. xij. q. j. videntes. xxxv. q. j. c. j. et. xcvj. diſtin. bene. in fi. diſtin. lxviij. corepiſcopi. et extra de deci. ſuggeſtum. vbi eſt argu. ꝙ priuilegiū quod eſt exemplū mali, remouendū eſt. inſti tu. vi bo. rapto. §. ſed ne dū talia.

Succeſſores, p̄deceſſorum ſtatuta mutare poſſūt.

e ¶ Traheretur. Debet em̄ ire q̄ſi inuit9: vt argumē. j. q. vj. ſicut is. C. de epi. ⁊ cle. ſi quēq̄. ſic em̄ appellantur quaſi proprio nomie: ⁊ quia portatur papa in manibus, ne offendat ad lapidem.

f ¶ Temporis. Nota que nō ſunt mala, interdū debēt omitti, ne ſint exemplo pernicioſa: vt. ꝟ. diſt. xxiiij. in nomine. ꝟ. diſti. xxj. deniqƺ. xij. q. ij. liberti. iſ. q. vij. accuſatio. ⁊. xxx. q. j. ca. j. inſtitut. vi bo. rapto. §. ſed ne dum talia.

g ¶ Et ad ſalutandum. Argumen. eos conſenſiſſe electioni ex quo interfuerunt, et eum ſalutauerunt, et non reclamauerunt. ſic extra de his que fi. a ma. par. capi. ex ore. in fi. et extra de priuile. cum olim. in fine. et extra de ſententia excommunica. ſi aliquando. ‡ ⁊ eoipſo ꝙ quis ſalutat alium, videtur conſentire ei: vt. xxiiij. queſtio. j. omnis. Sic ex eo ꝙ quis non vult ſalutare alium, preſumitur inimicus: vt extra de offic. delega. cum ſuper. in parte deciſa. et eoipſo ꝙ ſtephanus dixit, perlegatur: intelligitur conſenſiſſe: vt. xcvj. diſtin. bene. ſic. ꝟ. de conſecra. diſtin. ij. pacem.

† Cōc. tert. l. l. ſi exheredat9. ⁊ in. l. ſi pponis. §. j. ff. de inof. teſt.

‡ Ad h9 facit qđ le. ⁊ no. eƺ de p̄ben. dilecto. in gloſ. ad hoc videbat̄. Sƺ pōt dici ꝙ ibi eps ignorabat illū min9 canonice fuiſſe receptū ⁊ iō non obfuit. ar. ff. de iter. ac. de etate. §. vlti. Arc.

Ego Lodouicus. ¶ Caſus. hoc ca. diuiditur in du=
as partes. In prima dicit ꝙ iperator Lodouicus
conceſſit ꝛ cōfirmauit Paſchali et eius ſucceſſorib⁹ Ro=
mam cum toto ſuo ducatu ꝛ territorio in perpetuū tene
re et habere quiete: ſicut ſui anteceſſores quiete poſſe=
derunt. In ſecun=
da dicit ꝙ quādo
pa. de hoc mundo
migrauerit, nul=
lus electionem ſuc
ceſſoris cuiuſcun=
ꝗ ſit gentis impe=
diat, vel electori=
bus cōtradicat, ſci
licet cardinalibus:
ſed eo electo ꝛ con
ſecrato, nuncij di=
rigātur ad regem
Frācorum ad pa=
cem et amicitiā in=
ter eos ſociādam.
Secūda ibi: Idem
quando diuina.

a ¶ Cōfirmatio=
nis. Arg. ꝙ aliqđ
ſimul datur et con
firmatur: vt no. ſ.
ca. in ſynodo.

b ¶ Villiculis. i.
villulis. ff. ad mu=
ni. qui ex vico. nec
poſſet impator il=
lam donationē re=
uocare. nā dicit lex
ꝙ ſola immēſitas
eſt mēſura rerum
donatarum in ec=
cleſia. C. de ſacro=
ſan. eccle. auten. ſʒ
hodie. imo nec con
cedit hic: ſed con=
ceſſa confirmat. nā
omnia hec et alia
plura iā prius fue
rant eccleſie cōceſ=
ſa. j. xcvj. diſti. con=
ſtātinus. preterea
quia impator po=
teſt alienare † res
imperij: vt. ff. de le
gatis. j. apud iulia
num. §. vlti. Item
quia per hanc con
ceſſionem non le=
ditur imperium,
ex quo res redit
ad primū ſtatum:
vt. ff. de pactis. ſi
vnus. §. pactus. et
xxxv. diſti. ab exor
dio. non ob. xij. qō.
ij. non liceat. quia
ille non poterat le=
gem imponere ſuo ſucceſſori. extra de elec. innotuit.

Imꝑa=
tor ipe=
rij res
aliena=
re pōt.
† ad hᵒ
facit
op. qđ
le. ꝛ no.
xvj. qō.
iij. pla=
cuit. j.
ſm Jo.

Ego Lodouicus impe=
rator Romanus augu
ſtus ſtatuo et cōcedo per hoc
pactū confirmationis[a] noſtre
tibi btō Petro principi apſo=
rum, ꝛ per te vicario tuo dño
Paſchali ſummo pontifici, et
ſucceſſoribus eius in ꝑpetuū
ſicut a predeceſſorib⁹ veſtris
vſqʒ nunc in veſtra poteſtate
et ditione tenuiſtis ꝛ diſpoſui
ſtis romanam ciuitatem cum
ducatu ſuo ꝛ ſuburbanis atqʒ
villiculis[b] omnibus ꝛ territo=
rijs[c] eius montanis et mariti=
mis, littoribus ꝛ portub⁹, ſeu[d]
cunctis ciuitatibus, caſtellis,
oppidis, ac villis i Tuſcie par
tibus. ¶ Idem, quando diui
na vocatione huius ſacratiſſi
me ſedis pontifex de hoc ſecu
lo migrauerit[e], null⁹ ex regno
noſtro aut francus aut longo
bardus de qualibet parte ho=
mo ſub noſtra poteſtate cōſti
tutus licentiam habeat cōtra
romanos aut publice aut pri=
uatim cōueniendi, aut electio
nem faciendi: nulluſqʒ in ciui=
tatib⁹ aut in territorijs ad ec=
cleſie beati Petri apoſtoli po=
teſtatem pertinentibus aliqđ
malum preterea facere preſu
mat: ſed liceat romanis cum
omni veneratione ꝛ ſine qua=
libet perturbatione honorifi=
cam ſuo pontifici exhibere ſe=
pulturā: ꝛ eū quem diuina in=
ſpiratione, et bti Petri inter=
ceſſione oēs[f] romani vno con
ſilio atqʒ vna concordia ſine
aliqua promiſſione ad pontifi
catus ordinem elegerint, ſine
aliqua ambiguitate atqʒ con=
tradictiōe more canonico con
ſecrare: et dum conſecrat⁹ fue
rit, legati ad nos vel ad nřos
ſucceſſores reges Frācorum[g]
dirigātur: qui inter nos et in=
ter illum amicitiam ꝛ charita=
tem et pacem conſocient.
Item Leo. iiij. Lothario et
Lodouico auguſtis.

¶ Electio ꝛ cōſecratio roma
ni pontificis nō niſi iuſte ꝛ ca=
nonice fiat. Palea.

Inter nos et vos pacti
ſerie ſtatutum eſt ꝛ con
firmatum ꝙ electio ꝛ cōſecra=
tio futuri Romani pontificis
non niſi iuſte et canonice fieri
debeat. Idem.

¶ Ab imperatore vel nūcijs
eius, electioni romani pontifi
cis nullum obſtaculum gene=
retur. Palea.

Conſtitutio primi Hē=
rici et primi Ottonis
cum romanis pōtificibus. Ut
nullus miſſorꝝ noſtrorꝝ cuiuſ=
cūqʒ impeditionis argumen=
tum in electione romani pōti=
ficis componere audeat, oīno
ꝓhibemus. Item in electiōe
romanorū pōtificū neqʒ liber
neqʒ ſeru⁹ ad hoc venire pre=
ſumat, vt illis romanis (q̄s ad
hanc electionē ꝑ cōſtitutionē
ſctōꝝ patrū antiq̄ admiſit cō=
ſuetudo) faciat aliqđ impedi=
mentū. Qꝫ ſi quis cōtra hanc
noſtrā cōſtitutionem preſum
pſerit, exilio tradatur.
Item conſtitutio Ottonis.

¶ Juramētū Ottonis qđ fe
cit domino pape Joanni.

Tibi dño[h] Joanni pa=
pe ego rex Otto pro=

dantur eius territoria: vt. xij. q. ij. ca. vlt. ꝛ. ff. de verb. ſi=
gni. l. ij. ꝛ. ff. de arbi. ſi cū dies. §. ſi arbiter. Arg. cōtra. ff.
de verb. ſignifi. qui incontinentibus. et. l. edificia. ff. de iu
di. inſule. ff. de offi. prefe. vrb. l. j. ibi: cum vrbem.

d ¶ Seu. hec dictio ſeu, potius auget donationem ꝙ
diſiūgat inter res
donatas: vt. ff. de
auro ꝛ argen. leg.
l. ſi quis ita.

e ¶ Migrauerit.
Olim enim nullus
audebat tractare
de electione pape
ante tertium diem
poſt ſepulturā pre
mortui: vt. j. diſtin.
lxxix. nullus. ſed ꝑ
contrariam cōſue=
tudinez hoc hodie
abrogatum eſt.

f ¶ Omnes Ro
mani. Not. ꝙ olim
omnes romani in=
tererant electioni
ex conſuetudine. j.
ca. pri. ꝛ ca. ſeq.

g ¶ Francorum.
No. imperium pri
us Francorum †
fuiſſe. ſed poſtea
Theutonici virtu
tibus promerue=
runt imperium: vt
xxviij. queſtio. j. §.
ex his. in quos ho=
die tranſlatum eſt
imperiuz. extra de
elec. venerabilem.

Conſtitutio.
¶ Caſus. Di
citur hic ꝙ ꝑmus
Henric⁹ ꝛ primus
Otto cōſtituerunt
cum romanis pon
tificibus vt nullus
eorum nuncius vł
alius cuiuſcūqʒ ſit
gentis vel conditio
nis, in electione ro
mani pontificis au
deat contradicere:
et qui contradice=
re voluerit, exilio
ꝑpetuo tradatur.

Tibi domino.
¶ Caſ⁹. In
hoc capit. contine=
tur qualiter Otto
iurauerit fidelita=
tem Joanni pape
per ſuum procura
torem: in quo dici=
tur quod i. viij. ca=
pitu. continetur.

c ¶ Et territorijs. Qui[d] ſit territorium, quid ſit oppi=
dum, quid vrbs, habes ff. de verb. ſigni. pupillus. §. ter
ritorium. Et ſic eſt arg. ꝙ nomine ciuitatis nō cōprehen

h ¶ Tibi domino. Argu. ꝙ qui feudum recipit ab ec=
cleſia, iuramentum fidelitatis non ſolum eccleſie ſed
etiam prelatis preſtare debet: vt extra de iureiurand.

meis ego N. epiſcopus. † ℞. diſt. xxiij. ꝙꝙ. et. xxij. q. v. de forma. immo etiam ipſi capitulo: vt extra de verboꝝ ſigni. cum clerici. cum ipſi ſint pars corporis ſui: vt. vj. q. j. ſi quis cum. ‡ Non ob. extra de ſimo. ex diligēti. quia non erat ius feudi, de quo iure plene habetur in conſti. federici. de feudis. … num factum, contra id inſtituṫ. de inuti. ſtipul. §. ſi quis alij? nec enim tenetur quis de facto familie ſue ſi ipſe non mandauit, nec ratum habuit: vt. j. queſtione. iij. quia preſulatus. extra de reſtitu. ſpolia. cum ad ſedem. ff. de vi et vi armata. l. j. §. ait pretor. Sed dic ꝙ intelligitur obligaſſe † ſe curaturum ne ab eis damnum daretur. xxij. qōne. v. de forma. ſicut eſt cum quis promittit alium ſiſti in iudicio: tantum ad hoc tenetur vt operam det quam poteſt. ff. de verborum obligaṫ. quotiens quis. Sed litera illa meorum, nō eſt in libro meo. Joannes.

Familie delictū an dñs obliget. † De hac mate. not. extra de ſpon. ſicut. Archid.

mittere ⁊ iurare[a] facio per patrem ⁊ filiū ⁊ ſpm̄ ſctm̄: ⁊ per lignū hoc viuifice crucis, et per has reliquias ſctōꝝ, ꝙ ſi permittēte dño Romam venero, ſanctā romanā eccleſiā ⁊ te rectorē ipſius exaltabo ſm̄ meū poſſe: ⁊ vitā, aut mēbra nunꝗ̄ neqꝫ ipſum honorē quem habes, mea voluntate aut meo[b] conſilio, aut meo cōſenſu, aut mea exhortatione perdes: et in roma nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus q̄ ad te aut ad romanos pertinent, ſine tuo conſilio: et quicquid de terra ſancti Petri ad noſtrā poteſtatem peruenerit, tibi reddā: ⁊ cuicunqꝫ italicum regimen cōmiſero, iurare faciā illum vt adiutor tui ſit ad defendēdum terrā ſancti Petri ſm̄ ſuum poſſe.

Item ex primo libro capitulorum Caroli ⁊ Lodouici imperatorum.

## Liberum ſit clero ⁊ populo de propria dioceſi epiſcopum eligere.

Sacrorum canonum nō ignari, vt dei noīe ſctā ecclīa ſuo liberius potiaṫ honore, aſſenſum ordini eccleſiaſtico prebemus: vt ſcilꝫ epiſcopi ꝑ electionē[c] cleri et populi ſm̄ ſtatuta canonum de propria dioceſi[d] (remota perſonarum[e] et munerū[f] acceptione) ob vite meritū, et ſapiētie donum eligaṫ: vt exēplo[g] ⁊ verbo ſibi ſubiectis vſqꝫquaqꝫ ꝓdeſſe valeant. Ex his conſtitutionibus et pacto Lodouici imꝑatoris deprehendūtur imꝑatores illis renūciaſſe priuilegijs q̄ de electione ſummi pontificis Adrian⁹ papa Carolo imꝑatori, ⁊ ad imitationē eius Leo papa Ottoni primo regi Theutonicorū fecerat.

Cum ergo premiſſis authoritatibus cunctis liqueat electionem clericorū tantūmodo eſſe; queritur quorum ſit ipſa

a ❡ Et iurare. Nota ꝙ econom⁹ ſiue ſyndicus iurat in animam propriam: extra de iuramen. calū. in pertractādis. ſed ꝓcurator iurat in animam dñi: vt hic: et c. diſt. optatum. et xvij. q. iiij. metuentes. ⁊ extra de offi. leg. nouit. in parte deciſa. Fit autem hoc iuramentum ſub talib⁹ verbis. Ego iuro in animā dñi mei ꝙ ipſe hoc ſeruabit. ‡ Uel ſic iurat. Dñs meus iurat ꝑ me ꝙ hoc ſeruabit: ſic ipſum deus adiuuet. Sꝫ qualr̄ obligat aliquis alium per iuramentum, contra id qđ legitur inſtitu. de inuti. ſtipul. §. ſi quis alij? Sꝫ dic ꝙ dominus ſemet obligat, ſꝫ per alium: vt extra de ſenten. excom. mulieres. ff. de admi. tuto. ita autem §. geſſiſſe. Sed quid ſi dominus reuocet mandatum, † nunquid intelligitur obligatus per tale iuramentum? ita: ſi non peruenit reuocatio ad procuratorem: ſicut id quod facit iudex tenet donec ignorat reuocatum mandatum: vt extra de appella. ſi duobus. et ratione ignorantie tenet ſententia: vt. iij. qōne. vij. §. tria. in princi. et. ix. qōe. j. ordinationes. ff. de offic. preſi. ſi forte. ff. de procura. ſi procuratorem. in fine. ff. manda. ſi mādaſſem. Joan. Si autem lis eſſet conteſtata, oporteret ꝙ reuocatio perueniret ad iudicem vel aduerſarium: alioquin firmum eſt quod fit cum procuratore: vt extra de procurato. mandato. Si autem non ſit lis conteſtata, videtur ſufficere ſi reuocatio peruenit ad procuratorem: vt dicit expreſſe decreṫ. extra de procuratori. ex inſinuatione. et capitu. ſequent. Bar. Sunt tamen ſpeciales caſus in quibus requiritur perſeuerantia: ſicut cum matrimonium contrahitur per nuncium, ſi dominus reuocat mandatum, non dico dominum obligatum, licet nuncius ignoret reuocatum: ‡ et cum pater mandat filio vt aliquem manumittat. ff. de manumiſſ. vindic. ſi pater. et hoc ideo q̄a pater et filius cenſentur vna perſona: vt. xxxv. qō. iij. §. hac authoritate. Joan.

b ❡ Meo. Al'as meorum. ſed quam cautionem poteſt de hoc facere ꝙ ſui non dent damnum, contra id. ff. commoda. ad eos? Uel qualiter poteſt ſe obligare ad alienum factum, …

❡ Saerorum. ❡ Caſus. Carolus et Lodouicus conſtituerunt vt epiſcopi a clero et pplo de ſua dioceſi eligerentur ob vite meritum, ⁊ ſapientiores, remota acceptione munerum ⁊ perſonarū: quatenus verbo et exemplo ſuis poſſint ꝓdeſſe ſubiectis.

c ❡ Per electionem. Hoc nomen proprie et improprie ſumiṫ hic cum illis genitiuis cleri et populi. argu. ff. commo. ſi vt certo. §. commodatum.

d ❡ Propria dioceſi. Not. pro Hug. ꝙ examinādi ſunt oēs de dioceſi prius ꝗ̄ eligatur extraneus: vt dixi. lxj. diſtin. nullus.

e ❡ Perſonarum. ſic. viij. qō. ij. dilectiſſimi. et extra de inſti. ad decorem.

f ❡ Et munerū. Cum talis eligatur, a deo dicitur eligi. viij. q. j. ſi ergo. h.

g ❡ Ut exemplo. Nam cepit Jeſus facere ⁊ docere: vt xxvj. diſt. §. ecce. et. §. ex his.

❡ Ex his conſtitutionibus. ¶ Caſus. Concludit Gratianus ex ſupradictis ꝙ imperatores renunciauerunt priuilegijs que ſibi conceſſa fuerant de electione ſummi pontificis. Et cum conſtet ex ſupradictis ꝙ electio eſt clericorum tantummodo: nunc queritur incidenter an ſit tantum canonicorum matricis eccleſie, an etiam aliorum religioſorum eiuſdem ciuitatis. Cui queſtioni reſpondens primo probat authoritate Niceni ⁊ Gangrenſis concilij ꝙ ſufficiant clerici matricis eccleſie ad epiſcopum eligendum. Poſtea videtur hoc corrigere per authoritatem Nicolai, dicens ꝙ ſicut electio pape non fit a cardinalibus tantum, ſed etiam ab alijs religioſis: ſic et electio epiſcopi non a canonicis tantum, ſed etiam a religioſis fieri debet: quod probat authoritate Innocentij pape.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a ¶ Maioris. Sic ergo nomen clericorum reſtringitur ad maiores eccleſie canonicos† vt.x.q̄ſtione.j.antiquos.viij.queſtione.j.ca.ij.extra de verborū ſigni.cum clerici.benigne eſt in talibus ſeruanda conſuetudo: vt extra de cau.poſſeſſio.cum eccleſia.

k ¶ Nunc ergo queritur. Super iſto.§.poſuit hugo.diſtinct.quia cum eligentes diſſentiunt,tria conſideranda ſunt.authoritas,numerus,et bonus zelus. Authoritas conſideratur in dignitatibus,zelus conſiſtit in animo: vt ſine carnali amore eligant,ſed ſecundum meritum perſone.De numero patet,et dicit ꝙ vbicunq̄ duo ex iſtis cōcurrunt,prepōderant tertio. vnde ſi ex vna parte eſt authoritas et bonus zelus,et ex altera numerus pro priore iudicat̄: vt.xxiij.diſtin.capit.j.et xciij.diſtinc.miratus.vij.q̄o.j.denique. Item ſi ex vna parte eſt numer⁹ et authoritas,et ex altera eſt bon⁹ zelus: pro primo iudicatur:argum.xxviij.diſtin.de ſyracuſane. Ibi eñ bono zelo contradicebat qui ſignificabant pape electū habere vxorē ⁊ filios:ſed tamē q̄a plures erant ex alia parte,et maioris authoritatis,conſentit papa illis. Item ſi numerus ⁊ bonus zelus eſt ex vna parte,⁊ ex altera parte authoritas:ſtatur primo.lxv.diſt.ca.j.⁊.ij. Hanc diſtin.nō approbo:quia lz ex vna parte ſit authoritas et melior zelus,ex altera numerus:ſtatur ꝓ numero:vt extra de elec.dudum.j.⁊ eẍ de ap.conſtitutus.niſi numerus eſſet in paruo maior:et authoritas aliorū longe precelleret:et poſſet eo caſu fieri compenſatio: vt eẍ de teſti.in nr̄a.nam vbi eſt par debitum,⁊ diſpar numerus creditorū,ſemper numerus prefertur: vt.C.qui bo.ce.poſ.l.vlti.§.j.tūc enim decurritur ad dignitatem cum par numerus eſt hincinde.ff.de pactis.maiorem. Similiter dico ad zelum decurrēdū cum par vel fere par numerus eſt hincinde. Sed quid ſi par eſt zelus,numerus et authoritas hincinde? tunc recurratur ad meritū perſone: vt.j.ca.proxi. Sed ſi omnia ſunt equalia,tunc caſſetur† vtrinſq̄ electio,et nouus eligatur: vt.lxxix.diſ.ſi duo. Uel iudex cogat eos ad concordiam: vt inſti.de ſatiſda.tu.§.ſin autē. Uel res forte dirimatur: vt in Matthia: vt.xxj.diſt.cleros.⁊.C.cōia de lega.l.vlti.in princ.⁊.ff.de iudi.ſed cū ambo. Uel metropolitanus gratificet cui velit: vt extra de parochi.c.j.et argu.ff.ad ſylle.l.iij.§.ſi cum omnes.et.ff.de religi.l.vlt. Uel preferatur ille qui prius ordinatus eſt: vt.lxxv.diſtin.ca.vlti.vel ſenior preferatur: vt.xxxv.q.vj.ca.j.ff.de fide inſtru.l.vlti. Uel ille qui prius nominatus eſt: vt in auẗ.de mona.§.penul.col.j. Uel preferaẗ ille q̄ quandoq̄ deliquit,illi qui ſemper bonus fuit. Uel preferatur ille qui diutius militauit in eccleſia: vt.lxj.diſt.quid proderit. Si autem vtraq̄ electio eſt vitioſa,vtraq̄ caſſaẗ: vt extra de elec,conſiderenus.

Nomē clericorū q̄n q̄ reſtringitur.

† Adde ꝙ ēt aliq̄n ad p̄latos. gl.ē notā.i.autenẗ.de ſā.epiſ.§.preſbyterorū.colẗ.ix.

‡ Cū h⁹ dicto videẗ contrarior.hu.qui no.h⁹:q: in multis eccleſijſ derogatum eſt huic canoni ex ꝯria cōſuetudine: quā papa ſcit,⁊ ñ iprobat ⁊ ſic vr̄ tacite approbare. Archi. Religioſoꝝ conſenſus an ſit in epōꝝ electiōe reqren dus.

b ¶ Non a cardinalibus.vt.ſ.diſt.xxiij.c.j.⁊c.

Obeuntibus. ¶ Caſus. Cōſtituit in hoc capi. Innocen.papa ꝙ cū vltra tres menſes a tempore vacationis epiſcopalis eccleſia vacare non debeat: canonici ſub vinculo excōmunicatiōis non faciant electionem epiſcoporum religioſis excluſis: vt eorum cōſilio idonea eligatur perſona. Si autem fuerit aliter factum,irritum erit et vacuum. Nunc querit Gratianus ſi duo a partibus eligantur,quis ſit alteri preferēdus: quod per ſequens capi.declaratur.

c ¶ Sub anathematis.quid de hoc tenere debeas,dixi.ſ.e.ſalonitane.

electio: an clericorū maioris[a] eccl'ie tm̄,an etiam aliorū religioſorum qui in eadem ciuitate fuerint. Sed ſicut in abbreuiatione canonum Fulgentij Carthaginēſis eccleſie diaconi inuenit̄: in.vij. Niceno cōcilio ⁊ in gangrēſi ſtatutum eſt vt ad eligēdum epiſcopū ſufficiat eccleſie matricis arbitriū. Nūc autem ſicut electio ſummi pontificis non a cardinalibus[b] tantum,verūetiam ab alijs religioſis clericis authoritate Nicolai pape eſt facienda: ita et epiſcoporum electio non eſt a canonicis tātum,ſed etiam ab alijs religioſis clericis: ſicut in generali ſynodo Innocentij pape Rome habita conſtitutū eſt. Ait enim.

¶ Abſq̄ religioſorū virorum cōſilio canonici maioris eccleſie epiſcopum non eligant.

Obeuntibus ſane epiſcopis,quoniam vltra tres menſes vacare eccleſiam ſanctorum patrum prohibēt ſanctiones: ſub anathematis[c] vinculo interdicimus ne canonici de ſede epiſcopali ab electione epiſcoporum excludant[d] religioſos[e] viros: ſed eorum cōſilio honeſta et idonea perſona in epiſcopum eligatur. Quod ſi excluſis[f] religioſis electio fuerit facta: quod abſq̄ conſenſu[g] eorum[h] et conniuentia[i] factum fuerit,irritum habeatur et vacuum.

¶ Nunc ergo queritur[k] ſi vota eligentium in duas ſe diuiſerint partes,quis eorum alteri ſit preferendus?

De his ita ſcribit Leo epſ.

¶ Cū vota eligentiū in duas ſe diuiſerint partes: q̄s ſit preferendus alteri.

d ¶ Excludant. Dicit h.iſtos tripliciter excludi. tunc proprie excluduntur,cum non vocanẗ: vel ſi vocati non audiuntur: vel ſi ſponte veniant,non admittantur. Credo hoc capitu.non tenere.‡ aliud enim ſeruatur: et religioſi hic vocātur clerici ciuitatis vel prelati epiſcopatus arg.lxxix.diſt.ſi quis pecunia.

e ¶ Religioſos.i.prelatos aliarum eccleſiarum.

f ¶ Excluſis q: inuite nuptie ⁊c.xxxj.q.ij.§.j.

g ¶ Conſenſu. Uidetur ꝙ non tantū cōſilium religioſorum,ſed etiam conſenſus ipſorum requirendus eſt: ⁊ ita videtur ꝙ religioſorū perſone faciant partem in electione.argum.extra de elec.cum in veteri.nam ⁊ ſequaces ſunt alioꝝ in electione: vt.lxxix.diſt.ca.j.et ca.ſi quis pecunia.⁊.xxiij.diſt.ca.j.et ſatis poteſt dici ꝙ niſi conſilium ipſorum fuerit requiſitum,ꝙ nulla ſit electio.ſi tamen fuit habitū conſilium,⁊ non cōſenſus,tenet electio: vt eẍ de arbi.cū olim.et eſt ſi.ff.de admini.tuto.quidam decedens.§.papinianus.⁊ eẍ de reg.licet.C.de iure emphy.l.vlti. Et expone cōſenſu requiſito,lz nō habito.

h ¶ Eorum. Argu.ꝙ non ſufficit religioſorum preſentia,niſi habeatur conſilium. argu.j.x.q.ij.caſellas.arg.xij.q.ij.ſine exceptione.§.j.

i ¶ Et conniuentia. Argu.quod aliquorum conſenſu fieri debet,eorum diſſenſu impeditur faciendum,⁊ diſſoluitur factum: vt.ſ.diſtin.lj.qui in aliquo.et.xxxj.q.ij.ſi verum.ſ.diſtin.lxij.nulla ratio.j.q̄o.j.ordinationes.x.q.ij.caſellas.xij.q.ij.alienationes. et.c.ſine.xv.q.vij.epiſcopus nullius.xxxiij.q̄ōe.v.quod deo,et ca.manifeſtū.xx.q̄ōne.ij.puella.